



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vera Sapientia Virtvte Et Tranqvillitate Animi  
Enchiridion DD. Evcherii Lvgdvnensis, Martini  
Bracarensis, & Magni Wigonis, Antistitum**

**Eucherius <Lugdunensis>  
Martinus <Bracarensis>  
Magnus <Wigo>**

**Monachii, 1639**

Cap. X. Anima, Qvae in Sva vanitate cupit confoueri, nihil esse  
impudentius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10188**

*ANIMA, QVÆ IN SVA  
vanitate cupid confoueri, ni-  
hil esse impudentius.*

I. **C**Vm rogas Deum, vt  
non auferat tibi ali-  
quid, cui inhæsisti cu-  
pidè; idem est, ac si mulier à  
viro suo, in ipso adulterio  
deprehensa, cùm debeat pe-  
tere veniam criminis, roget  
potiùs, ne interruptat ei i-  
psius adulterij voluptatem.  
Non satis tibi est à Deo rece-  
dere, nisi ipsum ad hoc incli-  
nes, vt ea, quibus corrumpe-  
ris fruendo, augeat, conser-  
uet, & coaptet; id est, formas

cor-

corporum, sapore, & colo-  
res? Quæ est adeò impudens  
mulier, vt dicat viro suo:  
Quære mihi illum, aut illum,  
cuius consuetudine fruar;  
quia placuit mihi plus te; a-  
lioquin non quiescam? Tu  
tamen hoc facis viro tuo, id  
est, Deo, cùm præter ipsum  
aliquid diligens, id ipsum ab  
eo petis. Cùm dicis Deo, da  
mihi hoc, aut illud: Hoc est di-  
cere, da mihi, in quo te offen-  
dam, & à te fornicer. Cùm e-  
nim aliquid aliud ab eo, quā  
ipsum, petis, ipsâ petitione  
tua scelus ei tuum, & defe-  
ctionem ab eo ostendis, &  
nescis.

2. Misericors vindicta, si  
sponsus sponsam suam adul-  
teram deprehendens, ea tan-  
tum subtrahit ei, quibus ad  
suam turpitudinem abute-  
batur. Quām verò impudica,  
& inuercunda est ipsa, si ad  
iniuriam hoc accipiat? Nul-  
la alia ferè tibi est causa do-  
lendi, nisi talis: id est, de sub-  
tractis libidinibus tuis. Ipsi  
ergo dolores tui arguunt li-  
bidines tuas ita, vt non sit o-  
pus alijs testibus. Hæc solet  
à sponsi oculis, quamlibet in-  
uercunda, & impudica, mu-  
lier abscondere: lachrymas,  
quas pro damnis, quæ con-  
tingunt adultero, & quas pro  
iniu-

iniurijs ab adultero, sibi irato, illatis, fundit: ipsas quoque iniurias similiter, & gaudia. Vide nunc, an id saltem tu erga Deum facias; an non apertè coram eo pro damnis adulterij tui, id est, mundis huius, lugeas, & de prospe-  
ris exultes. *Frons ergo me-  
rettricis mulieris facta  
est tibi.*

